



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1842

V. Graf Günther von Henneberg entläßt die Prignitz der ihm geleisteten Huldigung, im Jahre 1318.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54306](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54306)

nibus suis attinentis ordini facere domus hospitalis sancti Johannis ierosolymitani ac Religioso viro fratri Ulricho dicto Sueuo et suis fratribus ordinis eiusdem rite dedimus et presentibus canonice donamus, dum primum ipsos a data presentium vacare contingeret, perpetuis temporum decursibus liberaliter possidendas, Renunciantes omni juri patronatus et proprietatis nobis in eisdem ecclesiis competentibus, pro nobis et nostris heredibus siue successoribus simpliciter et in totum, cum speramus in anima et corpore piis ipsorum fratrum meritis apud deum salubriter adiuvari. In cuius firmamentum presentem paginam sigillorum nostrorum communimus patrocinio, districte mandantes, ne aliqui hominum siue heredes nostri vel vice heredum nobis succedentes, hanc donationem nostram aliquatenus presumant infringere, que nobis ad laudem dei omnipotentis et gloriose virginis matris eius Marie et ad utilitatem predicti ordinis et fratrum placuit donatione voluntaria confirmare, de nostra certa scientia et consensu. Testibus ad hanc donationem vocatis presentibus Domino Buffone comite de Lindow, Henrico et Henningo dictis de Stegheln, Henningo de Blankenburch, Conrado de Redere, Nicolao de Buok, nec non pluribus aliis fatis dignis. Actum et datum in Printzelauia, anno domini millesimo tricentesimo nono, feria sexta proxima ante dominicam Oculi mei semper.

Quas quidem litteras ex certa scientia et matura deliberatione prehabita ratificamus, approbamus et tenore presentium confirmamus. Datum Strussberg anno Domini millesimo, tricentesimo, sexagesimo primo in die diuisionis apostolorum. Presentibus venerabili in cristo patre ac domino, domino Henrico episcopo Lubucensi, nec non nobili viro Ottone Went, domino in Ilborg strenuis [quoque viris Johanne de Waldowe advocatione nostro terre Barnym, Petro de Trutenberg, Dobrigost de oft aduocato nostro ultra oderam, militibus, cum ceteris pluribus fide dignis.

Nach dem Original des Geh. Kabinet-Archives.

V. Graf Günther von Henneberg erläßt die Prignitz der ihm geleisteten Huldigung,
im Jahre 1318.

Güntherus dei gratia Comes de Henneberg prudentibus civitatibus Havelberge, Spandowe, Kyritz, pritzwalk, perleberg et Meyenborch, Vrienstein, ac universis militibus et armigeris in districtibus earundem residentibus, nec non Castellanis in novo Castro prope perleberge, salutem omnis boni cum affectu. Ab eo fidelitatis homagio, quod nobis unanimiter fecistis, vos omnes et singulos ex nunc et omni tempore, pro potestate nostra, dimittimus liberos et solutos, presentium litterarum nostri sigilli testimonio communitarum per tenorem. Datum Spandowe Anno Domini M. CCC. decimo octavo, feria quinta ante Dominicam Letare, in presentia Domini nostri Magnifici Domini Waldemari Marchionis.

Nach zwei verglichenen Abschriften dieser ehemals im Original auf dem Rathhause zu Prizwalk befindlichen besiegelten Urkunde. Vgl. darüber Buchholz's Prignitia diplomatica Manuscript und Büsching's Reise nach Kyritz.